HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

allegoricus semp interpres & uim cupiens historicae facere ueritati
de cuelestis hierusalem captos refert & quae translatos interitum caldeorum.
rursusq: ad locum pristinum reuersuros: ut hieremiam & ceteras sese prophe
tas, alios uero qui peccatores fuerint in terra hac. & in ualle lacrimarum
esse moriturus.

Totam uisionem huius simul proposui ΠΕΡΙΟΠΗΝ nesensum in expositionem diuiderim. Uerbum quod factum. e. ad hieremiam de omni populo iudae siue super omnem populum iuda. In anno xqu quarto ioacim filii iosiae regis iuda, haec priora sunt praeterita uisione illuenim sub sedecia. facta. e. postquam ieconias translatus. e. babilonae. Haec autem sub ioacim filio iosiae. & patre ieconiae, non enim curauerunt utante iam dixi. prophetiae tempora conseruare. quae historiae legis desiderant. sed scribere utcumque audienti ab: adq: lectore sua leno uerunt. Unde & in psalterio malequidam iuxta textum historiae psalmorum requirunt ordinem, quod in lirico carmine non obseruatur. ipse. e. annus primus nabucodonosor regis babilonis quod in lxx non habetur. & sequitur quod locutus. e hieremias prophetia ad omnem populum iuda & ad uniuersos habitatores hierusalem dicens. Quarto anno regis ioacim filii iosiae patris ieconiae nabucodonosor in babilone suscepit imperium. Atq: ita factum. e. Ut annus qui primus erat nabugodonosor in babilone quartus. ee. in hierusalem regis ioacim. Donec: octauo anno regnis sui ieconiam cum matre & principib: duxit in captiuitatem quitrib: tantum post interfectionem patris ioachim regnare mensib:. Interfectus. e. autem ioachim undecimo anno regnisui in hierusalem at tertiodecimo anno iosiae filii amos regis iuda usq: ad diem hanc. iste. e. tertius & uicesimus annus.

Factum est uerbum dni ad me. & locutus sum ad uos de nocte consurgens & loquens & non audistis. Tertiodecimo anno regni iosiae qui regnauit in hierusalem annos xxxi. hieremias prophetare exorsus. e. & prophetauit sub eo annos decem & nouem cui successit in regno. filius eius ioacaz. Quo statim deducto in captiuitate. a nechao rege aegyptiorum regnum obtenuit ioachim frater eius in eius regni quarto anno iste adhieremiam sermo factus dni.